



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XXXI. De manumissionibus, vt in ecclesia celebrentur, ab imperatore
poscendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

libet homine defenari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

XXX.

Cod. Can.
cap. 63.

Et de his etiam petendum, vt si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

XXXI.

Cod. Can.
cap. 64.

De manumissionibus sane in ecclesia dicendis, si id nostri confacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiduciæ istorum ordinem sequi, data plane licentia misso legato, vt quæcumque digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu Domini accepturos. Quæ omnia, si sanctitati vestræ placent, edicite, vt & meam suggestionem ratam esse vobis aduertant, & nostram omnium consensionem sinceritas eorum libenter accipiat. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placent hæc, quæ iniuncta sunt peragenda, & prudenter a tua sanctitate narrata.

XXXII.

Cod. Can.
cap. 65.

Aurelius episcopus dixit: Equitii etiam, olim merito suo episcopali sententia damnati, non arbitrator prætereundam esse legationis causam, vt si forte eum in illis partibus repererit, sit eidem fratri nostro curæ, pro ecclesiæ statu (quod oportuerit, vel vbi licuerit) aduersus eum peragere. Ab vniuersis episcopis dictum est: Multum placet & ista pro-